



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

LIII De contemplatiua vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER SECUNDVS.

**A**ctiuā vita est, studiosum Christi famulū, iustis insistere laboribus, & prius quidē seipm ab hoc seculo immaculatū custodire, mentē lingua, manū, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentantis cōtinere, ac diuinis perpetuo subiugare seruitijs. Deinde etiam proximi necessitatibus iuxta vires succurrere, esurienti cibū, potum fitienti, algenti vestitū. Ministrando egenis, vagosq; in domū recipiendo, infirmū visitādo, mortuū sepeliendo, eripiendo inopē de manu fortioris eius. Egenū & pauperē à rapientibus eum eruendo, erranti viam veritatis oñdendo, ac cæteris se mancipando fratnæ dilectionis obsequijs, insuper & vsque ad mortem pro iustitia certando.

**D**e contemplatiua vita. Cap. LIII.

**C**ontemplatiua vita est, charitatē quidē & pxi mi tota mente retinere, sed ab exteriori actiōe quiescere, soli desiderio cōditoris inherere, vt nihil agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad viden dam faciē sui cretoris animus inardescat, ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cū mōrore por rare, totisq; desiderijs appetere illis hymnidic; angelorum choris interesse, admisceri cælestibus ciuibus, de æterna in cōspectu dei incorruptione gaudere.

**Q**uæ & quanta sit in hac carne ritæ contemplatiæ perfectio, vel qualiter ei perfruē dimidi contéptores inhæreāt. Ca. LV.

**P**roinde vitæ contemplatiæ sectator ad cō ditorē suum corde illuminandus accedat, ipsi